40833. CHARACTERISTICA GEOMETRICA
20. August 1679

Überlieferung: *L* Konzept: LH 35 I 11 Bl. 1 – 16 [noch]

Characteristica Geometrica

10 Augusti 1679

(1): C h a r a c t e r e s sunt res quaedam quibus aliarum rerum inter se relationes exprimuntur, et quarum facilior est quam illarum tractatio. Itaque omni operationi quae fit in characteribus respondet enuntiatio quaedam in rebus: et possumus saepe ipsarum rerum considerationem differre usque ad exitum tractationis. Invento enim quod quaeritur in characteribus facile idem invenietur in rebus per positum ab initiorerum characterumque consensum. Ita machinae exhiberi possunt modulis, corpora solida repraesentari possunt in plana tabula, ita ut nullum sit punctum corporis, cui non respondens aliud assignari possit in tabula secundum leges perspectiva. Itaque si quam operationem geometricam scenografica ratione in tabula plana super imagine rei peregerimus, poterit eventus illius operationis exhibere punctum aliquod in Tabula, cui facile sit invenire punctum respondens in re. Ac proinde solutio problematum stereometricorum in plano peragi poterit.

(2): Quanto autem characteres sunt exactiores, id est quo plures rerum relationes exhibent, eo majorem praestant utilitatem, et si quando exhibeant omnes rerum relationes inter se, quemadmodum faciunt characteres Arithmetici a me adhibiti, nihil erit in re quod non per characteres deprehendi possit: Characteres autem Algebraici tantum praestant quantum Arithmetici, quia significant numeros indefinitos. Et quia nihil est in Geometria quod non possit exprimi numeris, cum Scala quaedam partium aequalium exposita est, hinc fit, ut quicquid Geometrica tractationis est, etiam calculo subjici possit.

(3): Verum sciendum est, easdem res diversis modis in characteres referri posse, et alios aliis esse commodiores. Ita Tabula in qua Corpus arte perspectiva delineatur potest et gibba esse, sed praestat tamen usus tabulae planae; et nemo non videt characteres numeruorum hodiernos, quos Arabicos ver Indicos vocant, aptiores esse ad calculandum, quam veteres Graecos et Romanos; quanquam et his calculi peragi potuerit. Idem et in Geimetrica usu venit; nam Characteres Algebraici neque omnia quae in spatio considerari

debent, exprimunt (Elementa enim jam inventa et demonstrata supponunt) neque situm ipsum punctorum directe significant; sed per magnitudines multa ambage investigant. Unde sit ut difficile sit admodum quae figura exhibentur exprimere calculo; et adhuc difficilius calculo inventa efficere in figura: itaque et constructiones quas calculus exhibet plerumque sunt mire detortae et incommodae; quemadmodum alibi ostendi exemplo problematis hujus: data basi, altitudinie et angulo ad verticem invenire triangulum.

(4): Equidem animadverto Geometras solere desciptiones quasdam figuris suis adjicere, quibus explicentur figurae, ut quae ex figura ipsa satis cognosci non possunt, ut linearum aequalitates ac proportionalitates saltem ex verbis adjectis intelligantur: plenumque et longius progrediuntur, et multa verbis exponunt, etiam quae ex figura ipsa sunt manifesta, tum ut ratiocinatio sit severior, nihilque a sensu atque imaginatione pendeat sed omnia rationibus transigantur; tum ut figurae ex descriptione delineari, aut si forte amissae sint, restitui possint. Hoc autem quamvis non satis exacte observent, praebuere tamen nobis Characteristicae Geometricae velut vestigia quaedam ut com Geometrica dicunt rectang. [fig.] ABC intelligunt factum ex ductu AB suoer BC ad angulos rectos. Cum dicunt AB aequ. BC aequ. AC exprimunt triangulum aequilaterum. Cum dicunt ex tribus AB. BC. AC. duo quaedam aequari tertio designant omnia tria $A.B.C.$ esse in eadem recta. [fig.]

(5): Ego vero cum animadverterem hoc solo literarum pucta figurae designantium usu nonullas figurae proprietates posse designari; cogitare porro coepi, an non omnes punctorum figurae cuiusque relationes iisdem literis ita designari possint, ut tota figura characteristice exhibeantur, et quae crebris linearum ductibus, vix ac ne vix quidem praestantur sola harum literarum collocatione ac transpositione inveniantur. Nam plerumque confusio oritur in figura ex multiplicibus linerum ductibus praesertim cum adhuc tentandum est, cum contra tentamenta chracteribus impune fiant. Sed subest aliquid maius nam poterimus characteribus istis veras definitiones omnium exprimere quae sunt Geometricae tractationis, et analysin ad principia usque nempe axiomata et postulata continuare cum Algebra sibi non sufficiat, sed propositionibus per Geometriam inventis uti cogatur; et dum omnia ad duas illas propositiones, quarum una duo quadrata in unum addit, altera vero triangula similia comparat, referre conatur pleraque a naturali ordine detorquere cogatur.

(6): Nos vero ubi semel Elementa characteribus nostris demonstraverimus, facile poterimus modum deprehendere inveniendi problematum solutiones quae statim eadem opera exhibeant constructiones et demonstrationes lineares; cum contra Algebraici inven-

tis valoribus incognitarum de constructionibus adhuc soliciti esse debeant et constructionibus repertis demonstrationes lineares quaerant. Itaqu miror homines non considerasse, demonstrationes et constructiones esse possut lineares omni calculo exutae, multoque breviores, profecto etiam inventionem dari debere linearem: nam in lineari non minus quam algebraica Synthesi regressum dari necesse est. Causa autem cur analysis linearis nondum deprehensa fuerit haud dubie nulla alia est, quam quod Characteres nondum inventi sunt quibus ipse situs punctorum directe repraesentaretur, nam in magna rerum multitudine et confusione sine characteribus expedire sese difficile est.

(7): Quod si jam semel figuras et corpora literis exacte repraesentare poterimus, non tantum Geometricam mirifice promovebimus, sed et opticen et phoronomicam, et mechanicam, in universum quicquid imaginationi subjectum est, certa methodo et velut analysi tractabimus, efficiemusque arte mirificia ut machinarum inventiones non sint futurae difficiliores quam constructiones problematum Geometriea. Ita etiam nullo negotio sumtuque machinae etiam valde compositae imo et naturales delineari poterunt sine figuris, ita ut posteritati transmittantur, et quandocumque lubebit figurae ex descriptione summa cum exactitudine formari possint. Cum nunc quidem ob delineandum figurarum difficultatem, sumtusque multa pereant, hominesque a rerum sibi exploratarum atque reipublicae utilium descriptione deterreantur, verba etiam neque satis exacta neque satis apta hactenus ad descriptiones concinnandas habeantur quemadmodum vel ex botanicis et armorum insigniumque explicatoribus patet. Poterunt enim caeterae quoque qualitates quibus puncta quae in Geometria ut similia consederantur inter se differunt facile sub characteres vocari: Ac profecto tum demum aliquando spes erit penetrandi in naturae arcana cum id omne quod alius vi ingenii atque imanginationis ex datis extorquere potest, nos ex iidem datis certa arte securi et tranquilli educemus.

(8): Cum vero nihil tale cuiquam hominum, quod sciam in mentem venerit, ne culla uspiam praesidia apparerent, coactus sum rem a primis initiis repetere, quod quam difficile sit nemo credit nisi expertus. Itaque diversis temporibus plus decies rem aggressus sum diversis modis, qui omnes erant tolerabiles et praestabant aliquid, sed scrupulositati meae non satisfaciebant. Tandem multis resectis ad simplicissima me pervenisse agnovi cum nihil aliunde supponerem, sed ex propriis characteribus omnia ipse demonstrare possem. Diu autem haesi etiam reperta vera characteristica huius ratione quia ab Elementis per se facilibus atque aliunde notis incipiendum mihi videbam quae tanta scrupulositae ordinare minime gratum esse poterat; perrexi tamen molestia hac superata denique ad majora sum eluctatus.

(9): Verum ut omnia ordine tractemus sciendum est primam esse considerationem ipsius spatii, id est extensi puri absoluti. Puri inquam a materia et mutatione, absoluti autem, id est illimitati atque omnem extensionem continentis. Itaque omnia puncta sunt in eodem spatio et ad se invicem referri possunt.

An autem spatium hoc a materia distinctum res quaedam sit, an solum apparito constans seu phaenomenon, nihil refert hoc loco.

(10): Proxima est consideratio Puncti, id est eius quod inter omnia ad spatium sive extensionem pertinentia simplicissimum est quemadmodum enim Spatium continet extensionem absolutam, ita punctum exprimit id quod in extensione maxime limitatum est, nempe simplicem situm. Unde sequitur punctum esse minimum, et partibus carere et omnia puncta congruere inter se (sive coincidere posse), adeoque et similia atque, si ita loqui licet, aequalia esse.

(11): Si duo puncta simul existere sive percipi intelligantur, eo ipsa consideranda offertur relatio eorum ad se invicem quae in aliis atque aliis binib punctis diversa est, nempe relatio loci vel situs quem duo puncta ad se invicem habent, in quo intelligitur eorum distantia. Est autem distantia horum, nihil aliud quam quantitas minima unius ad alterum via, et si bina puncta $A.B.$ sevato situ inter se binis aliis punctis $C.D.$ etiam situm inter se servantibus simul congruant aut possint utique situs sive distantia horum duorum eadem erit quae distantia illorum duorum. Nam congrua sunt quorum unum alteri coincidere potest, nulla intra alterumtrum mutatione facta. Coincidentium autem $A.B.$ itemque $C.D.$ eadem distantia est, ergo et congruum, quippe quae sine distantia intra $A.B.$ vel intra $C.D.$ mutatione facta, possunt coincidantia reddi.

(12): Via autem (qua et distantiam definivimus) nihil aliud est quam locus continuus successivus. Et via puncti dicitur Linea. Unde et intelligi potest extrema lineae esse puncta, et quamlibet lineae partem esse lineam, sive punctis terminari. Et autem via continuum quoddam quia quaeoibet eius pars extrema habet cum alia anteriori atque posteriori parte communia. Unde consequitur, ut hoc obiter addam, si linea quaedam in aliqua superficie ducatur, non posse aliam lineam in eadem superficie continue progredientem inter duo prioris lineae extrema transire, quin priorem secet.

(13): Via lineae ejusmodi ut puncta eius non semper sibi invicem succedant, superficies est; et via superficiei ut puncta eius non semper sibi invicem succedant, est corpus. Corpus autem moveri non potest, quin omnia eius puncta sibi succeant (quemadmodum demonstrandum est suo loco), et ideo novam dimensionem non producit. Hinc apparet nullam esse partem corporis cuius ambitus non sit superficies, nullamque

esse partem superficiei cuius ambitus non sit linea. Patet etiam extremum superficiei pariter atque corporis in se redire sive esse a m b i t u m quendam.

(14): Assumtis jam duobus punctis eo ipso determinata est via puncti per unum pariter atque alterum simplicissima possibilis: alioqui eorum distantia non esset determinata, adeoque nec situs. Haec autem linea quae a duobus solis punctis per quae transit determinata est nimirum, ut posito eam per duo data punta transire, ipsa sola hinc consideranda offeratur, ea inquam linea dicitur r e c t a , et licet utcunque producatur dicitur una eademque recta. Ex quibus sequitur non posse duo eadem puncta duabus rectis communia esse, nisi ea duae rectae quantum satis est productae conincidat: ac inde duas recta non habere segmentum commune (alioqui et duo segmenti huius extrema haberent communia), nec spatium claudere sive componere ambitum in se redeuntem, alioqui recta una ab altera digressa ad eam rediret, adeoque in binis punctis ei occurreret. Pars quoque recta est recta, nam et ipsa determinatur per duo illa puncta sola, per quae sola determinatur totum. Deteminatur inquam, id est omnia eius puncta consideranda seu percurranda ex sola duorum punctorum consideratione offeruntur. Ex his patet si $A.B.C.$ et $A.B.D.$ congrua sint et $A.B.C.$ in una recta esse dicantur, coincidere C et D. Seu si punctum tantum unicum sit quod eam habeat ad duo puncta relationem quam habet, erunt tria puncta in una recta. Contra si plura duobus sint puncta eodem modo se habentia ad tria vel plura puncta data erunt haec quidem in eadem recta, illa extra eam, cuius rei ratio est, quod quae determinantia eodem modo se habent, eo ipso ad determinata eodem modo se habent, itaque tria plurave puncta in eadem recta haberi possunt pro duobus. Puncta autem eodem modo se habentia requiro plura duobus (nam si sint duo tantum, res procedit modo tria ad quae unumquodque duorum eodem modo se habet, sint in eodem plano, licet non sint in eadem recta).

Recta quoque uniformis est ob simplicitatem, seu partes habet toti similes. Et omnis recta rectae similis est quia pars unius alteri congrua est, pars autem rectae toti similis. Et in recta distingui non potest concavum a convexo, sive recta non habet duo latera dissimilia, vel quod idem est: si duo puncta sumantur extra rectam, quae eodem modo se habeant ad extrema rectae vel ad duo quolibet puncta in recta, ea sese etiam eodem modo habebunt ad totam rectam, seu ad quolibet punctum in recta; a quocunque demum latere rectae iila duo extra rectam puncta sumantur. Cuius rei ratio est, quia quae ad puncta determinantia aliquod extensum eodem modo se habere necesse est. Denique recta a puncto ad punctum minima est ac proinde distantia punctorum nihil aliud est quam quantitas rectae interceptae. Nam via minima utique magnitudine determinata est neque enim in spatio absolute plures minimae a puncto ad punctum esse possunt (ut in sphaerica superficie plures sint viae minimae a polo ad polum). Nam si minima est absolute, extrema non possunt diduci manente lineae quantitate erog nec partium extra (nam et partes inter sua extrema minimas esse necesse est) salva singularum partium quantitate, ergo nec salva totius quantitate. Jam si lineae duo extrema maneant immota et linea ipsa transformetur, necesse est puncta eius aliqua a se invicem diduci. Itaque extremia rectae immotis, salva quantitate minima inter duo puncta, in aliam transformari non potest, itaque non dantur plures minimae incongruae dissimiles inter duo puncta. Quare si duae inter duo puncta essent minimae, essent congruae inter se. Jam una aliqua minima est recta (ut supra ostendimus), ergo et alia minima erit recta. At duae rectae inter duo puncta coincidunt. Itaque minima inter duo puncta non nisi unica est.

(15): Modus generandi lineam rectam simplicissimus hic est. Sit corpus aliquod cuius duo puncta sint immota et fixa, ipsum autem corpus nihilominus moveatur, tunc omnia puncta corporis quiescentia incident in rectam que per duo puncta fixa transit. Manifestum enim est ea puncta eundem locum habere ex datis duobus punctis fixis determinatum seu manentibus duobus punctis fixis et toto solido existente, moveri non posse; cum ceatera extra rectam eadem servata ad duo puncta fixa relatione, locum mutare possint. Unum hic incommodum est, quod ea recta hoc modo descripta non est permanens. Aliter generari potest linea recta, si qua detur linea flexilis, sed quae in majorem longitudinem extendi non possit. Nam si extrema eius diducantur quosque id fieri potest, linea flexilis in rectam erit transmutata. Eodem modo et plani ac Circuli et Trianguli proprietatis ex constituis definitionibus duci possent. Nam de linea recta in speciem tantum disseruimus.

(16): Heac omnia animo consequi non difficile est, etsi neque figurae nisi imaginatione delineentur, neque characteres adhibeantur alii quam verba, sed quia in ratiocinatoribus longe productis neque verba ut hactenus concipi solent satis exacta sunt, nec imaginatio satis prompta; ideo figuras hactenus adhibuere Geometrae. Sed praeterquam quod saepe delineantur difficulter, et cum mora quae cogitationes optimas interea effluere sinit, nonnumquam et ob multitudinem punctorum ac linearum schemata confunduntur, praesertim cum tentamus adhuc et inquirimus; ideo characteres sequenti modo cum fructu adhiberi posse putavi.

(17): Spatium ipsum seu extensum (id est continuum cuius partes simul existunt) non aliter hic quidem designari commode posse video quam punctis. Quoniam figurarum delineationes exacte exprimere propositum est, et in his non nisi p u n c t a et t r a c t u s

quidam continui ab uno puncto ad aliud spectantur, in quibus puncta infinita pro arbitrio sumi possunt. Ideo puncta quidem certa exprimemus literis solis ut A, item B [fig 1].

(18): Tractus autem continuos exprimemus per puncta quaedam incerta sive arbitraria, ordine quodam assumata, ita tamen, ut appareat semper alia intra ipsa tum ultra citraque semper posse sumi. [fig] Ita $3b$ $6b$ $9b$ fig 2. significabit nobis totum tractum, cuius quolibet punctum appellatur b. et in quo pro arbitio assumsimus partes duas, unam cuius extrema sunt puncta $3b$. $6b$, alteram cuius extrema sunt puncta $6b$. $9b$. Unde patet illas duas partes continuas esse, cum habeant commune punctum $6b$. et divisio earum sit facta pro arbitrio. Hic tractus in quo duarum partium commune extremum nullum aliud est quam punctum, dicitur Linea, et repraesentari etiam potest motu puncti, b, quod viam quandam percurrit, sive vestigia tot quot puncta diversa $3b$. $6b$. $9b$. relinquere intelligitur. Hinc linea dici potest via puncti. Via autem est locus puncti continuus successivus. Potest et per compendium designari hoc modo: Linea $\widehat{y}b$ designando per literam $\widehat{y}$. vel aliam numeros ordinales pro arbitrio sumtos collective. Cum vero scribemus: $y\underline{b}$ sine nota supra y intelligimus , quodcunque lineae $\widehat{y}b$ punctum, distributive.

(18): Eodem modo tractus quidam fingi possunt, quorum partes cohaerent lineis vel qui describi intelliguntur motu lineae tali ut puncta eius non succedant sibi sed ad nova deveniant. [fig] Hic tractus sive via lineae dicitur superficies, ponamus nimirum in fig. 3 lineam supra dictam $3b$ $6b$ $9b$ moveri, eiusque locum unum appellari $33b$ $36b$ $39b$, locum alium sequentem $63b$ $66b$ $69b$ et rursus alium sequentem $93b$ $96b$ $99b$ quam et per compendium sic designabimus, $\widehat{z}\widehat{y}b$

(19): Ubi patet etiam, quemadmodum motu lineae $\widehat{y}b$ secundum puncta $\widehat{z}b$ describuntur superficies $\widehat{z}\widehat{y}b$. [fig] Ita vicissim motu linea $\widehat{z}b$ secundum puncta $\widehat{y}b$ describi eandem superficiem $\widehat{y}\widehat{z}b$. At yzb significabit unaquaeque loca puncti b, non collective, sed distributive, et $z\widehat{y}b$ significat unam aliquam lineam $\widehat{y}b$ in superficie $\widehat{z}\widehat{y}b$ sumtam quamcunque etiam non collective sed distributive.

(20): Neque refert cujus figurae sint ipsa lineae que moventur; aut etiam secundum quas fit motus, sive quas unum ex lineae motae punctis describit; inspiciatur figura 4.

Potest etiam fieri ut durante motu, ipsa linea mota figuram mutet, ut linea $\widehat{z}b$ in dicta fig. 4. Quod clarius intelligi potest, si quis cogitet quam superficiem descripturus esset arcus, qui durante explosione utcunque moveretur totus. Exempli causa si caderet in terrarum. Potest etiam linea mota durante motu partes aliquas amittere, quae ab ea sive animo separantur, ut patet es f i g. 5 . [fig] Fieri etiam potest ut punctum unum plurave, ex exempli gratia $3b$ in linea mota durante motu quiescat, et loca eius expressa velut plura, exempli gratia $33b$. $63b$. $93b$., inter se coincidant, ut intelligitur inspecta f i g. 6 . Sed hae varietatis omnes multaeque aliae plures etiam characteribus designari poterunt, quamadmodum suo loco patebit.

(21): Quemadmodum autem lineae motu describitur Tractus ille quem vocant Superfisiem, ita superficiei motu (tali ut partes eius vel puncta sibi non ubique succedant) describitur Tractus quem vocant solidum sive corpus: quod exemplo uno satis intelligi potest f i g. 7 , ut si immota manente linea (recta) $\widehat{z}3b$ (nempe $33b$ $63b$ $93b$) in superficie (rectangulo) $\widehat{yz}b$ (nempe

$$\begin{matrix} 33b & 63b & 93b \\ 36b & 66b & 96b \\ 39b & 69b & 99b \end{matrix} \quad)$$

moveatur haec ipsa superficies, motu suo describet solidum

$$\begin{matrix} 333b\ 336b\ 339b, & 363b\ 366b\ 369b, & 393b\ 396b\ 399b \\ 633b\ 636b\ 639b, & 663b\ 666b\ 669b, & 693b\ 696b\ 699b \\ 933b\ 936b\ 939b, & 963b\ 966b\ 969b, & 993b\ 996b\ 999b \end{matrix}$$

ubi tamen notandum hoc loco ob rectam $\widehat{z}3b$ immotam puncta $333b, 633b, 933b$, ideoque loco omnium in figura reperitur solum $22b$ coincidere itemque puncta $363b, 663b, 963b$, unde etiam in figura habetur tantum $63b$; ac denique cum eodem modo hic coincidant puncta $393b, 693b, 993b$, tamen per $93b$ expressa sint. Hoc solidum autem per compendium exprimemus hoc modo: '$\overline{xyz}$'b, et aliquam eius superficiem seu locum aliquem ipsius $\widehat{z}yb$ exprimemus hoc modo $x\widehat{z}yb$ (ita exhibetur sectio cylindricae portionis seu solidi huius facta plano per axem). Potest etiam aliqua ejus superficies assumi hic modo z $\widehat{x}yb$ (ita exhibetur sectio huius portionis cylindricae secundum basin seu plano basi parallelo); item hoc modo $y\widehat{xz}b$ (ita exhibetur sectio huius cylindricae portionis per alium cylindrum axem cum isto communem habentem). Aliae quoque sectiones eiusdem Figurae intelligi possunt, quia infiniti etiam fingi possunt modi, eam generandi per motum vel etiam resolvendi in partes secundum certam aliquam legem. Caeterum omnes varietates, quas in superficiei productione vel resolutione paulo ante indicavimus, multo magis in solido locum habere manifestum est. Denique dimensionem aliquam alteriorem solido, seu tractum ipsius solodi motu tali descriptum ut puncta eius sibi ubique non succedant reperiri non posse, suo loco demonstrandum est.

(22): Porro tractus ipsi seu loca punctorum quorundam indefinitorum, determinatur

punctis quibusdam certis, itemque Legibus quibusdam secundum quas ex paucis illis punctis certis caetera puncta indefinita ordine in considerationem venire, et tractus ipsi generari sive describi possint.

Quod antequam exponamus, signa quaedam explicabimus quibus in sequentibus untendum erit. Primum itaque fieri potest ut duo vel plura nomina in speciem diversa non sint revera nisi unius rei sive loci, id est puncti vel linea alteriusve tractus atque ita *eadem esse* sive *coincidere* dicentur. Ita si sint duae lineae AB et CD, sintque puncta A et C unum idemque hoc ita designabimus: $A \infty C$, id est A et C coincidunt. [fig] Hoc maxime usum habebit in designandis punctis aliisque extremia communibus diversorum Tractuum. Idem enim punctum sive extremum suas denominationes habebit, tam secundum unum tractum, quam secundum alterum. Quod si dicatur $A.B \infty C.D.$ sensus erit simul esse $A \infty C$ et $B \infty D$. Idemque est in pluribus. Ab utraque enim enuntiationis parte, idem ordo est observandus.

(23): Quod si duo non quidem coincidant, id est non quidem simul eundem locum occupent, possint tamen sibi applicari, et sine ulla in ipsis per se spectatis mutatione facta alterum in alterius locum substitui queat, tunc duo illa dicentur esse *congrua* ut AB et CD. *in fig. 8*. Itaque fiet: AB ♉ CD item $A.B$ ♉ $C.D$ *in fig. 9*. id est servato situ inter A et B, item servato situ inter $C.$ et $D.$, nihilominus $C.D.$ applicari poterit ipsi $A.B$, id est simul applicari poterit C ipsi A et D ipsi B.

(24): Si duo extensa non quidam congrua sint, possint tamen congrua reddi, sine ulla mutatione molis sive *quantitatis*, id est retentis omnibus iisdem punctis; facta tantum quadam si opus est transmutatione, sive transpositione partium vel punctorum; tunc dicentur esse *aequalia*, ita in fig. 10 quadratum $ABCD$ et triangulum isosceles EFG basin habens EG lateri AB quadrati duplam; aequalia sunt: nam transferatur FHG in EGF quia EGF ♉ FHG. Fiet EFG aequ. $EHFG$. Jam $EHFG$ ♉ $ABCD.$ ergo EFG aequ. $ABCD$. Hinc generalius si A ♉ c et b ♉ d erit $a + b \sqcap$ (sive aequ.) $c + d$. Imo amplius: Si a ♉ c, b ♉ f, c ♉ g, d ♉ h fiet: $a + b - c + d \sqcap e + f - g + h$. Sive si duae fuant summae ex quibusdam partibus uno eodemque modo addendo vel subtrahendo partesque unius sint congruae partibus alterius eodem modo ad totum constituendum concurrentibus, quaelibet unius summae uni alterius summae sibi ordine respondenti; tunc duae summae quae inde fient, non quidem semper congruae erunt, erunt tamen semper aequales. Atque ita argumentatio a congruia ab aequalia ipsa aequalium definitione constituitur. Sunt quidem alias *aequalia*, quorum eadem est magnitudo. Verum ispa partium congruentium cuidam rei sive mensuare, mutlitudo est magnitudo,

ut si i n f i g. 1 1 sint duo magnitudinem habentia, a et b, et detur res tertia c quae sit bis a + ter b. [fig.] Patet eius magnitudinem multitudine partium tum ipsi a tum ipsi b congruentium exprimi itaque quae congruae reddi possunt nullo addito vel detracto utique aequalia esse necesse est.

(25): Verum ut rem istam altius repetamus explicandum est, quid sit pars et totum, quid homogenum, quid magnitudo, quid ratio. P a r s nihil alius est quam requisitum totius diversum (seu ita ut alterum de altero praedicari nequeat) immediatum, in recto cum correquisitis. Ita AB. requisitum est ipsius AC. id est si non esset AB. neque foret AC. [fig]; diversum quoque est neque enim AC est AB.; aloiqui enim rationalis est requisitum hominis, sed quia homo est rationalis, ideo rationalis (qui hominis requisitum est) et homo, idem est, etsi enim expressione differant, re tamen conveniunt. Pars immediatum est requisitum, neque enim connexio interAB et BC pendet a quadam consequentia sive connexione causarum, sed ipsa per se patet, ex hypothesi assumti totius. Est autem in recto cum correquisitis, semper enim convenire debent secundum certum quendam considerandi modum, nam et quae ut Entia tantum, imo et ut cogitabilia spectamus, verbi gratia DEUM, hominem, virtutem, possumus considerare velut partes unius totius ex ipsis compositi. Excluduntur ergo requisita immediata quidem et diversa ut rationalitas in abstracto quae requisitum est hominis immediatum diversum; neque enim, nec homo est rationalitas, attamen non hic spectatur ut conveniens cum homine, sed ut attributum: alioqui sane negari non potest, etiam ex hix duobus: homo et rationalitas fingi posse unum totum, cuius hae partes. At rationalits hominis pars non erit, requiritur enim ad hominem in obliquo, seu non convenienti quaedam ratione, cum aliis quae ad hominem praeterea requiruntur. Sed haec sunt magis metaphysica nec nisi in eorum gratiam adducuntur, qui notionum intima intelligere desiderant. Simplicus ita definiemus: P a r t e s sunt quae requiruntur ad unum quatenus cum eo conveniunt.

(26): N u m e r u s est cuius ad unitatem relatio est quae inter partem et totum vel totum et partem, quare fractos etiam et surdos comprehendo.

(27): M a g n i t u d o Rei distincte cognita est numerus (vel compositum ex numeris) congruentium. Ut si sciam esse lineam quae bis aequetur lateri ter aequetur diagonali cuiusdam quadrati certi mihique satis cogniti, ut ad ipsum cum lubet recurrere possim, eius lineae magnitudo mihi cognita esse dicetur, quae erit binarius partium lateri congruentium, + ternarius partium diagonali congruentium. Diversis autem licet assumtis mensuris quibus eadem res diversimode exprimitur tamen semper eadem prodit magnitudo, quia ipsis mensuris iterum resolutis ad idem denique semper devenitur; adeoque mensu-

rae diversae illum ipsum numerum eundem resolutione prodeuntem jam involvunt. Quemadmodum unus idemque est numerus tres quartae, ex sex octave, si quartam iterum in duas partes resolvas. Atque talis Magnitudo distincte cognita. Alioquin magnitudo est attributum rei, per quod cognosci potest, utrum aliqua res proposita sit illius pars, vel aliud homogeneum ad rem pertinens et quidem tale ut maneat licet partium habitudo inter se mutetur. Vel etiam Magnitudo est attributum quod iisdem manentibus homogeneis ad rem pertinentibus aut substitutis conguis, manet idem. Homogenea autem ad rem aliquam pertinentia intelligo non partes solum sed et extrema atque minima sive puncta. Nam puncti repetitione quadam continua, sive motu, sit linea. Saepe autem res ita transmutantur, ut ne unica quidem pars figura posterioris, prioris parti congruat. Aliter magnitudinem infra definio, ut sit id quo duae nes similes discerni possunt, sive quod in rebus sola comperceptione discernitur. Sed omnia haec eodem recidunt.

(28): Ratio ipsius A ad B nihil aliud est quam numerus quo exprimitur magnitudo ipsius A, si magnitudo ipsius B ponatur esse unitas. Unde patet Magnitudinem a ratione differre ut numerum concretum a numero abstracto; est enim magnitudo numerus rerum, nempe partium; ratio vero est numerus unitatum. Patet etiam rei magnitudinem eandem manere, quacunque assumata mensura per quam eam exprimere volumus; rationem vero aliam atque aliam fieri pro alia atque alia mensura assumata. Patet etiam (ex definitione divisionis) si numerus magnitudinem exprimens ipsius A et alius numerus magnitudinem exprimens ipsius B (modo utrobique eadem mensura seu unitas adhibita sit) dividatur, provenire numerum qui est ratio unius ad alterum.

(29): Aequalia sunt quorum eadem est magnitudo, seu quae nullo amisso vel accesito congrua reddi possunt.

Minus dicitur quod alterius parti aequale est, id vero quod partem habet alteri aequalem dicitur Majus. Hinc pars minor toto, quia parti ipsius, nempe sibi, aequalis est. Signis autem his utemur:

$a \sqcap b$	a aequ. b
$a \sqcap b$	a maj. quam b
$a \sqcap b$	a min . quam b

Si pars unius alteri toti aequalis est, reliquae partis in majore magnitudo dicitur differentia. Magnitudo autem totius est summa magnitudinum partium, vel aliorum partibus eius aequalium.

(30): Si duo sint homogenea (sive si in uno partes assumi possint utcunque, partibus alterius aequales, et idem fieri semper possit et in residuis) neque differentia ulla sit inter

ipsa, id est si neque a sit majus quam b, neque b majus quam a, necesse est esse aequalia. Transmutentur enim ut congruant quoad licet utique aut in uno eorum supererit aliquid, aut congruent, adeoque erunt aequalia. Itaque in his consequentia haec valebit: [fig.]

a non $\sqcap$ b, a non $\sqcap$ b. Ergo $a \sqcap b$.

(31): Similia sunt quae singula per se considerata discerni non possunt, velut duo triangula aequilatera (in fig. 12). Nullum enim attributum, nullam proprietatem in uno possumus invenire, quam non etiam possimus reperire in altero et unum ex ipsis appelando a, alterum b, similitudinem ita notabimus: $a \sim b$. Si tamen simul percipiantur, statim discrimen apparet, unum alio esse maius. Idem fieri potest etsi non simul percipiantur, modo aliquod velut medium assumatur sive mensura quae primum applicetur uni, aut aliquo in ipso, notatque quomodo prius vel pars eius cum mensura vel eius parte congruat, postea eadem mensura etiam applicetur alteri. Itaque dicere soleo similia non discerni nisi per comperceptionem. At, inquies, ego etsi successive videam duo triangula aequilatera inaequalia es nihilominus probe discerno. Sed sciendum est me hoc loco loqui de intelligentia, ut nimirum mens aliquid notare possit in uno, quod non procedat in altero non de sensu et imaginatione. Ratio autem cur oculi duas res similes sed inaequales discernant, manifesta est; nam supersunt nobis rerum prius perceptarum imagines, quae rei nove perceptae imaginibus applicate discrimen ipsa comperceptione harum duarum imaginum ostendunt. Et ipse fundus oculi, cuius partem majorem minoremque retulimus, discrimen non difficulter notamus. Si vero fingeremus, DEUM omnia in nobis ac circa nos in aliquo cubiculo apparentia proportione eadem servata minuere, omnia eodem modo apparerent neque a nobis prior status a posteriore posset discerni nisi rerum proportionaliter imminutarum, cubiculo scilicet nostro egrederemur; tunc enim comperceptione illa cum rebus non imminutis oblata discrimen appareret. Hinc manifestum est etiam Magnitudinem esse illud ipsum quod in rebus distingui potest sola comperceptione, id est applicatione immediata, sive congruentia actuali sive coincidentia, vel mediata neque interventu mensuare, quae nunc uni nunc alteri applicatur, unde sufficit res esse congruas, id est actu congruere posse.

(32): Ex his autem intelligi potest similia et aequalia simul esse congrua. Et quia similitudinem hoc signo motare placet: $\sim$, nempe $a \sim b$, id est a est simile ipsi b. Vid. fig. 13. Hinc consequentia erit talis: [fig.]

$a \sim b$ et $a \sqcap b$. Ergo a ♉ b.

(33): Sunt et aliae consequentiae:

a ♉ b. Ergo $a \sqcap b$.

a ♉ b. Ergo $a \sim b$.
$a \infty b$. Ergo a ♉ b.
… … … ….. $a \sqcap b$.
… … … ….. $a \sim b$.

(34): Nam quae reapse coincidunt, utique congrua sunt; quae congrua sunt utique similia, item aequalia sunt. Hinc videmus tres esse modos ac velut gradus res extensione praeditas, neque alias qualitatibus diversas discernendi. Maximus ille est, ut sint dissimiles, ita enim singulae per se spectatae ipsa proprietatum quae in ipsis observantur diversitate facile discernuntur, ita triangulum isosceles facile discernitur a scaleno, etsi non simul videantur. Si quis enim me jubeat videre an triangulum quod offertur sit isoscelens an scalenum, nihil forinsecus assumere necesse habeo, sed sola latera eius comparo inter se. At vero si jubear ex duobus Triangulis aequilateris eligere maius collatione triangulorum cum aliis opus habeo sive comperceptione, ut explicui, neque notam aliquam discriminis in singulis spectabilem assignare possum. Si vero duae res non tantum sint similes, sed et aequales, id est sis sint congruae, etiam simul perceptas non discernere possum, nisi loco, id est nisi adhuc aliud assumam extra ipsas, et observem ipsas diversum habere situm, ad tertium assumtum. Denique si ambo simul in eodem sint loco, jam nihil habere me amplius quo discriminentur. Atque haec est vera cogitationum quam de his rebus habemus Analysis cuius ignoratio fecit, ut characteristica geometriae vera hactenus non sit constituta. Ex his denique intelligitur, ut magnitudo aestimatur, dum res congruere aut ad congruitatem reduci posse intelliguntur, ita rationem aestimari similitudine, seu dum re ad similitudinem reducuntur, tunc enim omnia fieri necesse est proportionalia.

(35): Ex his explicationibus coincidentium congruorum, aequalium ac similium consequentiae quaedam duci possunt. Nempe quae sunt eidem aequalia, similia, congrua, coincidentia, sunt etiam inter se, ideoque

$a \infty b$	et	$b \infty c$	Ergo	$a \infty c$
a ♉ b		b ♉ c		a ♉ c
$a \sim b$		$b \sim c$		$a \sim c$
$a \sqcap b$		$b \sqcap c$		$a \sqcap c$

Non tamen consequentia haec valet:

a non ∞ b et b non ∞ c Ergo a non ∞ c, prorsus ut in Logica ex puris negativis nihil sequitur.

(36): Si in coincidentibus sive iisdem ascribas coincidentia prodeunt coincidentia, ut

$a \infty c$ et $b \infty d$ ergo $a.b \infty c.d.$

Sed in congruis hoc non sequitur, exempli causa si $A.B.C.D.$ sint puncta, semper veum est esse A ♉ C et B ♉ D; quodlibet enim punctum cuilibet congruum est. Sed non ideo dici potest $A.B$ ♉ $C.D$ id est simul congruere posse A ipsi C et B ipsi D. sercato nimirum tum situ $A.B$ tum situ $C.D$. Quanquam viceversa ex positis $A.B$ ♉ $C.D$ sequatur A ♉ C et B ♉ D ex significatione characterum nostrorum, idque etiam verum est, licet $A.B.C.D.$ non sint puncta sed magnitudines. At si congrua sibi ascribantur, inde oriuntur aequalia, ita:

$a + b - c \sqcap d + e - f$, posito esse a ♉ e et b ♉ e et c ♉ f,

quia congrua semper aequalia sunt.

(37): Verum si congrua congruis similiter addantur, adimanturque, fient congrua. Cuius rei ratio est quia si congrua congruis similiter addantur, similia similibus similiter addentur (quia congrua sunt similia) ergo fient similia, fiunt autem etiam aequalia (nam congrua congruis addita faciunt aequalia); jam similia et aequalia sunt congrua. Ergo *si congrua congruis similiter addantur fient congrua*. Idem est si adimantur.

(38): An autem similiter aliqua tractentur intelligi potest ex characteristicis nostris modoque unumquodque describendi aut determinandi. In quo si sigillatim nullum discrimen notari potest, utique semper omnia similia prodire necesse est. Illud quod notandum est *si qua sint similia secundum unum determinandi* (distincte cognoscendi, describendi) *modum eadem fore similia etiam secundum alium modum*. Nam unusquisque modus totam rei naturam involvit.

(39): Axiomata autem illa quibus Euclides utitur, si aequalibus addas aequalia fient aequalia, aliaque id genus facile ex eo demonstrantur, quod aequalium eadem est magnitudo, id est quod substitui sibi possunt salva magnitudine. Nam sint

$a \sqcap c$ et $b \sqcap d$, fiet $+a + b \sqcap c + d$,

nam si scribatur $a + b$ et in locum ipsorum $a.b.$ substituantur aequalia $c.d$, ea substitutio fiet salva magnitudine, ac proinde eorum quae prodibunt $+c + d$ eadem erit magnitudo quae priorum $+a + b$. Sed haec ad calculum Algebraicum potius pertinent, satisque explicata habentur, itaque regulis magnitudinum ac rationum atque proportionum non immorabor; sed ea Maxime explicare nitar, quae situm involvunt.

(40): Redeo nunc ad ea quae § 22 interrupta sunt, et primum de punctis, inde de Tractibus agam. Omne punctum congruum adeoque aequale (si ita loqui licet) et simile

est:

A ♉ B , $A \sqcap B$, $A \sim B$.

(41): $A.B$ ♉ $C.D$ significat simul esse A ♉ C et B ♉ D. manente situ $A.B$ et $C.D$. [fig.]

(42): $A.B$ ♉ $B.A$ est Proposito cuius est sensus, positis duobus punctis $A.B$. ac situm eundem inter se retinentibus posse loca eorum permutari, seu poni A in locum B et contra quod ex eo manifestum est, quia relatio situs quam habent ad ambo eodem modo pertinet, nec nisi externis assumtis discrimen ullum notari potest facta permutatione.

(43): $A.B$ ♉ $X.Y$ est proposito significans datis duobus punctis A et B posse reperiri alia duo X et Y quae eundem inter se situm habeant quem illa duo, sive ut haec simul illis duobus servato situ utrobique, congruere possint. Quod ex eo demonstratur, quia $L.M$, $A.B$ moveri possunt servato situ inter se, eaque respondere poterunt primum ipsis $A.B$ deinde ipsis $X.Y.$, nempe $3L.3M$ ♉ $6L.6M$. Sit $A \infty 3L., B \infty 3M, X \infty 6L, Y \infty 6M$ fiet $A.B$ ♉ $X.Y$ Nihil autem prohibet esse $X \infty A$ unde fiet $A.B$ ♉ $A.Y$ Potest etiam esse $X \infty C$ datae, unde $A.B$ ♉ $C.Y$. [fig.]

(44): Si $A.B$ ♉ $D.E$ et $B.C$ ♉ $E.F$ et $A.C$ ♉ $D.F$, erit $A.B.C$ ♉ $D.E.F$. Vid. fig. 16. Nam nihil aliud significat $A.B$ ♉ $D.E$ quam simul esse A ♉ D et B ♉ E. situ $A.B$ et $D.E$ servato.Eodem modo ex $B.C$ ♉ $E.F$ sequitur B ♉ E et C ♉ F situ $B.C$ et $E.F$ servato; et ex $A.C$ ♉ $D.F$ sequitur A ♉ D et C ♉ F situ $A.C$ et $D.F$ servato. Habemus ergo simul $A.B.C$ ♉ $D.E.F$ servato situ $A.B$ et $B.C$ et $A.C.$, itemque servato situ $D.E$ et $E.F$ et $D.F$ cum alias ex solis $A.B$ ♉ $D.E$ et $B.C$ ♉ $E.F$. sequatur quidem simul A ♉ D et B ♉ E et C ♉ F. Sed servatis tantum sitibus $A.B$ et $B.C$ item $D.E$ et $E.F$ non vero exprimetur servari et situs $A.C$ et $D.F$. nisi addatur $A.C$ ♉ $D.F$.

Hinc jam principium habemus ratiocinationem ad plura etiam puncta producendi.

(45): Si sint $A.B$ ♉ $B.C$ ♉ $A.C$ erit $A.B.C$ ♉ $B.A.C$, vel alio ordine quocunque. Nam si congruentibus $A.B$ et $(B).(A)$ ascribas congruentia $C.$ et (C). congruenti modo quia $A.C$ ♉ $(B).(C)$ et $B.C$ ♉ $(A).(C)$ fient congruentia $A.B.C$ ♉ $(B).(A).(C)$ sive $A.B.C$ ♉ $B.A.C$ per praecedentem. [fig.] Parentheses enim tantum confusionis ex repetitione vitandae causa ascripsi. Hinc patet quid sit congruenti, modo ascribi, cum scilicet omnes combinationes ab una parte enuntiationis sunt congruentes omnibus ab altera parte. Unde patet si $A.B$ ♉ $B.C$ ♉ $A.C$ fore $A.B.C.$ ♉ $A.C.B$ ♉ $B.C.A$ ♉ $B.A.C$ ♉ $C.A.B$ ♉ $C.B.A$.

(46): Si $A.B.C$ ♉ $A.C.B$ sequitur (tantum) $A.B$ ♉ $A.C$ (sive

triangulum esse isoscelens), nam sequitur:

$A.B.C.$ $A.B$ ♉ $A.C$ $B.C$ ♉ $C.B.$ $A.C$ ♉ $A.B$ [fig.]
♉
$A.C.B$

ex quibus $B.C$ ♉ $C.B$ per se patet, reliqua duo, $A.B$ ♉ $A : C.$ et $A.C$ ♉ $A.B.$ eodem recidunt, hoc unum ergo inde duximus $A.B$ ♉ $A.C.$

(47): Si $A.B.C$ ♉ $B.C.A$ sequitur $A.B$ ♉ $B.C$ ♉ $A.C$ (seu triangulum esse aequilaterum). Nam fit $A.B$ ♉ $B.C$ ♉ $C.A.$

(48): Si $A.B.C.$ ♉ $A.C.B$ et $B.C.A$ ♉ $B.A.C$ fiet $A.B$ ♉ $B.C$ ♉ $A.C.$ Nam ob $A.B.C$ ♉ $A.C.B.$ fit $A.B$ ♉ $A.C.$ eodemque modo ob $B.C.A$ ♉ $B.A.C.$ fit $B.C.$ ♉ $B.A.$ sive $A.B.$ ♉ $B.C.$ (itaque quandocunque in transposito punctorum ordine, unum ex tribus eundem in utroque ordine locum servat situsque posterior priori congruus est, inde tantum probari potest triangulum esse isosceles, sed si nullum ex punctis servat locum, et nihilominus situs posterior priori congruit, Triangulum est aequilaterum). [fig.]

(49): Si sit $A.B$ ♉ $B.C$ ♉ $C.D$ ♉ $D.A$ et $A.C$ ♉ $B.D$ erit $A.B.C.D$ ♉ $B.C.D.A$ ♉ $C.D.A.B$ ♉ $D.A.B.C$ ♉ $D.C.B.A$ ♉ $A.D.C.B$ ♉ $B.A.D.C$ ♉ $C.B.A.D$. Hoc ex praecedentibus facile demonstratur, multaque alia hujusmodi, que sufficiet demonstrari cum ipsis indigebimus. Nuc satis habebim pricipium dedisse inveniendi haec solo calculo, sine inspectione figurae.

(50): Si tria puncta $A.B.C$ dicantur esse sita in directum tunc posito $A.B.C$ ♉ $A.B.Y$ erit $C \infty Y$. Haec proposito est definitio punctorum quae in directum sita dicuntur. [fig.] Nimirum inspiciatur fig. 20 ubi $C.$ aliquem situm habet ad $A.$ et $B.$; sumatur jam aliquod punctum Y eundem ad $A.B.$ situm habens, id si diversum ab ipso $C.$ assumi potest puncta $A.B.C.$ non sunt in directum sita, si vero necessario cum ipso $C.$ coincidit, in directum sita dicentur.

(51): Datis punctis duobus semper assumi potest tertium quod cum illis sitn in directum, sive si $A.B.Y$ ♉ $A.B.X$ erit $Y \infty X$. Nam datis punctis duobus $A.B$ semper assumi potest tertium $Y.$ quod servato ad ipsa situ moveri potest ipsis immotis. Sed via quam motu suo describit potest esse semper minor ac minor, prout aliter atque aliter assumitur punctum $Y.$,adeoque tandem sumi poterit tale, ut spatium motus evanescat, et tunc tria puncta erunt in directum. Melius forte sic enuntiabimus: $A.B.3Y$ ♉ $A.B.6Y$ erit $3Y \infty 6Y$ id est aliquod assignari posse Y quod servato situ ad $A.B.$ moveri seu locum mutare nequeat. Aliter ista videor demonstrare posse hoc modo: Sit aliquod extensum, quod moveatur servato punctorum eius situ inter se et duobus in eo sumtis immotis. Nam si quis id neget moveri posse, eo ipso fatetur puncta eius servato ad puncta suo sumta

situ moveri nequire, et adeo com eo sita esse in directem per definitionem. Sed nulla ratio est cur puncta illa $A.B.$ immota durante eodem motu sumi possint haec sola, et non alia etiam sive nulla ratio est cur puncta extensi quod his duobus immotis movetur, servent situm ad haec duo solum immota, et non etiam ad alia, nam situs quem ipsa $A.B.$ inter se obtinent, nihil ad rem facit, itaque potuisset sumi aliquod $Y.$ loco ipsius $B.$ alium obtinens situm ad A quam ipsum $B.$ obtinet. Verum quaecunque sumi possunt ut immota, ea manente eodem extensis motu sunt immota. Et quia sumtis duobus $A.B.$ immotis motus extensi est determinatus, seu determintaum est quaenam puncta eius moveantur qut non moveantur, hinc duobus punctis sumtis immotis, determinata sunt alia plura quae servato ad ipsa situ moveri non possunt, seu quae cum ipsis jacent in directum.

(52): Si sint $E.A.B.$ ♉ $F.A.B$ et $E.B.C.$ ♉ $F.B.C.$ erit $E.A.C$ ♉ $F.A.C$, vid. fig 21. [fig] Nam per $E.A.B$ ♉ $F.B.A$ erit $E.A$ ♉ $F.A$ et per $E.B.C$ ♉ $F.B.C$ erit $E.C$ ♉ $F.C$. Jam si sit $E.A.$ ♉ $F.A$ et $E.C$ ♉ $F.C$ erit $E.A.C$ ♉ $F.A.C$ per prop. 44 (est enim $E.A$ ♉ $F.A$ et $E.C$ ♉ $F.C$ et $A.C$ ♉ $A.C.$) ergo si sit $E.A.B$ ♉ $F.A.B$ et $E.B.C.$ ♉ $F.B.C$ erit $E.A.C$ ♉ $F.A.C.$ Quod erat dem.

(53): Hinc etiam erit $E.A.B.C$ ♉ $F.A.B.C$ posito $E.A.B$ ♉ $F.A.B$ et $E.B.C$ ♉ $F.B.C.$ Nam etiam $E.A.C$ ♉ $F.A.C$ per praeced.; habemus ergo: $E.A.B$ ♉ $F.A.B$ et $E.A.C.$ ♉ $F.A.C.$ et $E.B.C$ ♉ $F.B.C$ et $A.B.C$ ♉ $A.B.C$ id est habemus omnia quae ex hoc: $E.A.B.C$ ♉ $F.A.B.C.$ duci possunt; ergo habemus etiam $E.A.B.C.$ ♉ $F.A.B.C.$ (est egregius modus regrediendi, nimirum ex consequentibus omnibus totam naturam antecedentis exhaurientibus ad antecedens.)

(54): Si sit $E.A$ ♉ $F.A$, $E.B$ ♉ $F.B$, $E.C$ ♉ $F.C$ erit $E.A.B.C$ ♉ $F.A.B.C.$; nam quae super sunt combinationes utrinque comparandae $A.B$ et $B.C$ et $A.C$ utrobique coincidunt.

(55): $A.B.X$ ♉ $A.B.Y$ seu datis duobus punctis, $A.b.$ inveniri possunt duo alia $X.Y.$ ita ut X et Y eodem modo se habeant ad $A.B.$ Vid. fig. 22. [fig] Potest enim reperiri $A.X$ ♉ $A.Y$ et $B.Z$ ♉ $B.V$ per prop. 43. Ponatur $Z \infty X$ (hoc enim fieri potest per prop. 43. seu Z potest esse data seu jam assumata $X.$ quia $A.B$ ♉ $A.V$) itemque ponatur $A.X$ ♉ $B.X.$ (nam et in $A.X$ ♉ $A.Y$ potest $X.$ esse data quia datur $A.C.$ ♉ $A.Y$ per prop. 43) erit $V.B$ (♉ $B.Z$ ♉ $B.X$ ♉ $A.X$) ♉ $A.Y.$ Ergo $V.B.X$ ♉ $Y.A.X$ ♉ $X.B.V$ in quo omnia hactenus determintata continetur. Ergo potest poni $V \infty Y$, nihil enim in hactenus determinatis obstat. Fiet $Y.B.X$ ♉ $Y.A.X.$ Ergo $Y.B.$ ♉ $X.B$ ♉ $Y.A$ ♉ $A.X.$ Ergo $A.B.X$ ♉ $A.B.Y.$

(56): Si tria puncta $E.F.G$ sumta distributive eodem modo se habeant ad tria puncta $A.B.C$ sumta collective, erunt tria priora in eodem arcu circuli, tria posteriora in eadem recta seu jacebunt in directum. Hanc propositionem annotare placuit, ratio patebit ex sequentibus.

(57): Sit sit $E.A.B.C$ ♉ $F.A.B.C$ ♉ $G.A.B.C$ et sit E non ∞F, E non ∞G, F non ∞G, dicentur *puncta quodcunque* $A.B.C$ *sita esse in directum*, seu esse in eadem recta. [fig]

(58): Omisso licet puncto C. Si sit $E.A.B$ ♉ $F.A.B$ ♉ $G.A.B$ erunt puncta $E.F.G$ in *eodem plano*.

(59): Iisdem positis erunt puncta $E.F.G.$ in eodem *arcu circuli*.

(60): Inter duo quaevis congrua assumi possunt infinita alia congrua, nam unum in locum alterius servata forma sua transire non posset nisi per congrua.

(61): Hinc a quolibet puncto ad quolibet punctum duci potest linea. Nam punctum puncto congruum est.

(62): Hinc et a quolibet puncto per quolibet punctum duci potest linea.

(63): Linea duci potest quae transeat per puncta quotcunque data.

(64): Eodem modo ostendetur per lineas quotcunque data transire posse superficiem. Nams si congruae sunt patet lineam generantem successive in omnibus esse posse. Si congruae non sunt patet lineam generantem durante motu, ita augeri minui et transformari posse, ut dum illuc venit, congrua fiat.

(65): Unumquodque in spatio positum potest, servata forma sua, seu cuilibet in spatio existenti infinita alia congrua assignari possunt.

(66): Unumquodque servata forma sua moveri potest in infinitis modis.

(67): Unumquodque ita moveri potest servata forma suo, ut incidat in punctum datum.

Generalius: unumquodque servata forma sua ita moveri potest, ut incidat in aliud cui congruum in ipso designari potest. Nam congruum unum transferri potest in locum alterius, nec quicquam prohibet id in quo congruum illud est quod transferri debet, simul cum ipso transferri, quia ratio seperationis nulla est: et quod uni congruum aptari potest, poterit et alteri congruorum similiter aptari.

(68): A ♉ B id est assumto puncto quodlibet alid congruum est.

(69): $A.B$ ♉ $B.A$ ut supra.

(70): $A.B$ ♉ $X.Y$. Eodem modo, $A.B.C$ ♉ $X.Y.Z$ et $A.B.C.D$ ♉ $X.Y.Z.\Omega$ et ita porro. Hoc enim nihil aliud est, quam quotcunque puncta moveri servato situ inter se. Situm

autem eorum inter se servari intelligi potest, si ponatur esse extrema Lineae cuiusdam rigidae qualiscunque.

(71): $A.B$ ♉ $C.X, A.B.C$ ♉ $D.X.Y.$ etc.

Hoc enim nihil aliud est quam quotcunque puncta, ut $A.B.C$ posse moveri servato situ inter se, ita ut unum ex ipsis A indicat in punctum aliquod datum $D.$ reliquis duobus $B.C$ in alia quaecunque $X.Y$ incidentibus. *(72)*: Si $A.B : C$ non ♉ $A.B.Y$ nisi $C \infty Y$ tunc puncta $A.B.C$ dicentur sita in directum (vid. fig 20) seu $C.$ erit situm in directum cum ipsis $A.B.$ si unicum sit quod eum situm ad $A.B.$ habeat. An autem talis punctorum situs reperiatur postea inquirendum erit. Linea autem cuius omnia puncta sita sunt in directum, dicetur recta. Sit enim $A.B.ZY$ ♉ $A.B.ZX$ atque ideo $ZY \infty ZX$, erit ZY (∞ZX) Linea recta; id est si punctum Y ita moveatur, ut situm semper ad puncta $A.B.$ servet qui ipsi uni competere possit sive determinatum, minimeque varium ac vagum, describi ab eo lineam rectam. [fig]

(73): Si $A.B.C$ ♉ $A.B.D$ erit ♉ $A.B.ZY$, vid. fig. 24, nam erit $C \infty 3Y.$ et $D \infty 6Y$, nempe C et D erunt loca ipsius Y moti ita ut servet situm eundem ad $A.B.$ inter quae alia necessario erunt indefinita nempe designanda per ZY. Linea autem ZY vocetur Circularis. [fig] Notandum autem hanc Lineae circularis descriptionem ea priorem esse quam dedit Euclides; Euclidea denim recta et plano. A nostra procedit qualiscunque assumatur rigida linea, modo in ea duo sumantur puncta quibus immotis ipsa linea vel saltem aliquod eius puncum moveatur; hoc enim punctum ad puncta duo assumtata eundem servabit situm, cum omnia sint in linea rigida. Id ergo punctum describit lineam circularem per hanc definitionem nostram. Si quis vero neget in Linea rigida tale punctum inveniri posse, quod datis prop. 72 omnia Lineae rigidae puncta in directum esse sita, sive necesse est lineam rectam possibilem esse, vel circularem. Alteruta autem admissa alterum postea inde ducemus. Hic obiter notandum, quia ut suo loco patebit per tria quaelibet data puncta transire potest arcus circularis, hinc tribus datis punctis inverniri unum posse, quod ad tria illa eodem se habeat modo, nempe $X.C$ ♉ $X.D$ ♉ $X.E$, idque saepius fieri posse seu diversa reperiri posse $X.$ pro iisdem $C.D.E$ omniaque X in unam rectam cadere quae transeat per circuli centrum, situe ad planum eius ad angulos rectos.

(74): Sit Linea quaelibet ZY, vid. fig. 24, in ea poterunt sumi quotcunque puncta $3Y.6Y.9Y.12Y.$ etc. ita ut sit $3Y.6Y$ ♉ $6Y.9Y$ ♉ $9Y.12Y$ etc. Nam generaliter si qua sit linea parva, cuius unum extremum sit in alia linea, poterit prior ita moveri extremo ejus duabus lineis occurrat, itaque hoc motu partem unam abscindet, jamque novo puncto invento immoto manente rursus aliam, et ita porro. Sed jam observo, ne id quidem necesse esse,

et sufficere Unam lineam eidem lineae suis extremis applicari seapius quomodocunque ita ut plures ejusdem lineae partes assignentur quarum extrema aliorum extremis sint congrua, ut in fig. 25 linea rigida LM suis extremis L. et M. ipsi lineae ZY et $2L.2M$. et $3L.3M$. Nam si semel $L.M$ ipsi ZY applicari possit, infinitis modis applicari potest, si posteriores applicationibus quantumvis parum distent. Jam tam ex l et M educantur duae lineae congruae eodem modo se habentes ea quae ex L educitur ad L, quo illa quae ex M educitur ad M, quae sibi occurrunt in X. Sitque $1L.X.1M$ ♉ $2L.X.2M.$, et ita porro, id est quae ex $1L$ et $1M$ educuntur eosque producantur ut non ante sibi occurant quam ubi ex $2L.2M$. eodem modo educate sibi occurrunt. Unde patet punctum X. eodem modo se habere ad omnia Y. assignata, et si quidem linea talis est, ut eiusmodi punctum habeat, quod ad omnia eius puncta eodem sit modo, id hoc modo inveniri. Si autem circularis sit linea ut hoc loco sufficit punctum aliquod ad tria lineae circularis puncta se eodem modo habens inveniri, id enim eodem modo se habebit ad alia omnia. Cuius rei ratio est, quia ex tribus punctis datis $C.D.E.$, vid. fig. 24, posito esse $C.D.$ ♉ $D.E.$ methodo paulo ante dicta ad fig. 25, punctum aliquod certum determinari, ac proinde aliis tribus punctis quibuslibet in circulo assumtis prioribus tribus congruentibus, eodem modo lineas concurrentes congruas ducendo, necesse esse deveniri semper ad idem X. Hinc cum es tribus datis punctis $D.C.E.$ modo diverso inveniri possint puncta $X.$, prout lineae congruentes aliter atque aliter ducuntur, seu citius tardiusque convergunt, patet etiam alia utique inveniri posse puncta X. eaque omnia in unam lineam cadere.

(75): Sed eadem sine circulo simplicius consequi possumus. Sint tria puncta $A.B.C.$ ita ut sit $A.B.$ ♉ $B.C.$ ♉ $A.C.$ inveniaturque puncta X. ita ut sit $A.X.$ ♉ $B.X.$ ♉ $C.X$ idque quotieslibet, sive quod idem est moveatur punctum X. ita ut quivis eius locus ut ZX eodem modo se habeat ad $A.B.C.$, id est ut sit $A.3X.$ ♉ $B.3X.$ ♉ $C.3X.$, tunc puncta ZX erunt in directum posita, sive ZX erit l i n e a r e c t a . Atque ita apparet quid velit Euclides, cum ait Lineam rectam ex aequo sua interjacere puncta, id est non subsultare in ullam partem, seu non aliter ad punctum A quam B vel C durante motu se habere. Hinc autem modus quoque habetur puncta X. rectae ZX inveniendi. Nimirum si ex A. linea educatur quaecunque eodem modo se habens ad B et C, itemque alia per B priori congruens et congruenter posita, id est, ut punctum huius puncto illius respondens eodem modo se habent ad $B.A.C$ ut punctum illius ad $A.B.C$. eaque lineae producantur, donec sibi occurrant, occurrent sibi necessario in puncto X quod se habet eodem modo ad $A.B.C$. Et si per punctum C. etiam talis linea ducta fuisset congrua congruenterque prioribus ea ipsa occurrisset in puncto eodem X. Hinc autem quotvis ejusmodi puncta

inveniri possunt, adeoque et Linea recta describi poterit per puncta.

(76): Resuamus aliqua: a puncto quolibet ad quodlibet ducta intelligi potest linea, eaque rigida.

(77): $A.B.$ significat situm ipsorum A et B inter se, id est tractum aliquem rigidum per A et B. quem tractum nobis sufficit esse lineam. Ita $A.B.C.$ significat tractum alium rigidum per $A.B.C.$

(78): Quicquid in spatio ponitur id moveri potest, sive punctum sit sive linea, sive alius tractus sive cuilibet in extenso assignari potest aliud congruum. Hinc $A.$ ♉ $X.$, $A.B$ ♉ $X.Y$, $A.B:C$ ♉ $X.Y.Z$ vel $A.B.C$ ♉ $W\overline{X.Y.Z}$.

(79): Datis duobus diversis in extenso poni potest unum quiescere, alterum moveri.

(80): Si aliquod eorum quae sunt in tractu rigido moventur, ipse tractus rigidus movetur.

(81): Omnis tractus ita moveri potest ut punctum eius datum incidat in aliud datum. $A.B.C.$ ♉ $D.X.Y.$

(82): Omnis tractus moveri potest uno eius puncto manente immoto $A.B.C$ ♉ $A.X.Y$.

(83): R e c t a est tractus qui moveri non potest, duobus punctis in eo quiescentibus; sive in quidam tractus moveatur duobus punctis manentibus immotis si alia praeterea in eo puncta ponantur manere quiescentia, omnia ea puncta dicentur in directum sita, sive cadere in tractum qui dicitur recta. Seu si $A.B.C.$ ♉ $A.B.Y.$ necesse est esse $C \infty Y$ hoc est si punctum aliquod reperiatur $C.$ situm in directum cum punctis $A.B.$ non potest tractus $A.B.C$ (vel $A.C.B$) ita moveri manentibus $A.B.$ immotis, ut $C.$ transferatur in $Y.$ atque ita congruat tractus $A.B.Y.$ priori $A.B.C.$ [fig.] Sive quod idem est, non potest praeter punctum $C.$ aliud adhuc reperiri $Y.$, quod ad puncta fixa $A.B.$ eundem quem ipsum $C.$ situm habeat, sed necesse est si tale quod $Y.$ assumatur ipsum ipsi C coincidere seu esse $Y \infty C$. Unde dici potest punctum $C.$ sui ad puncta $A.B.$ situs esse exemplum unicum. Et punctum quod ita moveatur ut ad duo puncta fixa situm servet in sua specie unicum, movebitur in recta. Nempe si sit: $A.B.Y$ ♉ $A.B.X$ sitque ideo $Y \infty Y$ erit WX (∞WY) linea recta. An autem dentur huiusmodi puncta in directum sita, et an tractum componant, et utrum tractus ille linea sit, non sumendum, sed demonstrandum est. Via autem puncti ita moti, utique l i n e a r e c t a erit, quae quidem si per omnia puncta huiusmodi transit, utique locus omnium punctorum duobus punctis in directum sumtorum, non alius tractus quam linea erit.

(84): Si duobus in tractu $A.C.B.$ punctis $A.B$ manentibus immotis, moveatur ipse

tractus, linea quam punctum eius motum C describet dicetur circularis. An autem possit tractus aliusque moveri duobus punctis manentibus immotis, eitam non sumendum, sed demonstratione definiendum est. [fig.] $A.C.B$ ♉ $A.Y.B$ dicetur WY linea circularis et si sint quotcunque puncta $C.D.E.F.$ sitque $A.B.C$ ♉ $A.B.D$ ♉ $A.B.E$ ♉ $A.B.F$ dicentur esse in una eademque circulari. Haec definitio lineae circularis non praesupponit dari rectam et planum quod facit Euclidis definitio.

(85): Locus omnium punctorum quae eodem modo se habent ad A quemadmodum ad B, appellabitur planum. Sive si sit $A.Y$ ♉ $B.Y$ erit Y planum.

(86): Hinc si sit $A.C.B.$ ♉ $A.Y.B.$ sitque $A.C.$ ♉ $C.B.$ (adeoque et $A.Y.$ ♉ $B.Y.$) erit linea WY circularis in plano. An autem omnis circularis sit in plano postea definiendum est.

(87): Si sint $A.B$ ♉ $B.C$ ♉ $A.C$ sitque $A.Y.$ ♉ $B.Y.$ ♉ $C.Y.$ erit WY Linea Recta.

(88): Si sit $A.Y$ ♉ $A.(Y)$. erit $\overline{Y}$ superficies sphaerica.

(89): Si sit $Y.$ ♉ (Y) erit locus omnium $Y.$ seu $Y.$ extensum absolutum, sive Spatium. Non locus omnium punctorum inter se congruentium est locus omnium punctorum in universum. Omnia enim puncta congrua sunt.

(90): Idem est si sit $Y.$ ♉ $A.$ nam (ex characterum significatione) si Y ♉ A erit (Y) ♉ $A.$ Ergo Y ♉ (Y). Nimirum locus omnium punctorum Y dato puncto A congruorum, utique est etiam spatium isum interminatum, omnia enim puncta cuilibet dato congruunt.

(91): Proximum est: $A.Y$ ♉ $A.(Y)$. Locus ommium $Y.$ seu Y dicatur Sphaerica quae est locus omnium punctorum ejusdem ad datum punctum situs existentium. Datum autem punctum dicitur Centrum.

(92): Idem est si sit $A.B$ ♉ $A.Y$. Nam ideo erit et $A.B.$ ♉ $A.(Y)$. ad proinde $A.Y$ ♉ $A.Y$ ubi nota ipsum $B.$ esse ex numerorum $Y.$ seu esse bY. Si enim $Y.$ omnia puncta comprehendit quae eum habent situm ad A, quem B habet, utique ipsum $B.$ comprehendet, quod eum utique situm ad A habet quem habet. Sphearica est locus omnium punctorum dati ad punctum datum situs (id est dati puncti situi congrui situs) existentium.

(93): Si sit $A.Y$ ♉ $B.Y.$ locus omnium $Y.$ seu $\overline{Y}$. dicatur planum sive locus punctorum ut Y, quorum unumquodque ad unum ex duobus datis ounctis $A.$ eodem modo situm est, quemadmodum ad alterum B, est planum. Notandum est Loci expressionem in aliam cooverti non posse in qua simul sint $Y.$ et (Y).

(94): Si sit $A.B.$ ♉ $C.Y.$ erit $\overline{Y}$ sphaerica. Nam erit: $A.B.$ ♉ $C.Y.$ ♉ $C.dY$ sit $dY. \infty D.$, fiet: $C.D.$ ♉ $C.Y.$ adeoque locus erit sphaerica per 91.

(95): $Y.$ et (Y) significant quodcunque punctum loci alicuius, et quodcunque aliud praeter prius. Si $ZY.$ significat quolibet punctum loci seu omnia loci puncta distributive, idem etiam significat Y absolute positum. $dY.$ significat unum aliquod peculiare punctum loci. $\overline{Y}$ significat omnia puncta loci collective, seu totum locum. Si locus sit Linea hoc ita significo $\overline{XY}$. Si sint superficies ita $\overline{W\Psi Y}$. Si solidum ita: $\overline{W\Psi\Phi Y}$.

(96): Si sit $A.B.C \text{ ♉ } A.B.Y$ (sive si sit $A.B.Y \text{ ♉ } A.B.(Y)$) tunc locus omnium $Y.$ seu $\overline{Y}$ dicetur Circularis. Id et si plurium punctorum idem sit situs (vel datus) ad duo data puncta, Locus erit Circularis.

(97): Si sit $A.B.C.Y \text{ ♉ } A.B.D.Y$ erit $\overline{Y}$ Planum seu si $C.D.$ duo puncta eodem modo sint ad tria $A.B.Y.$ erunt haec tria in eodem plano et si duobus ex his datis $A.B$ quaeratur tertium $Y.$, locus omnium $Y.$ erit planum. Ubi patet ipsa $A.B.$ sub $Y.$ comprehendi. Demonstrandum est hunc locum cum altero qui est prop. 93 coincidere. Hoc ita fiet: $C.Y \overset{(1)}{\text{♉}} D.Y$ locus est ad planarum per prop. 91. Sint $3Y. \infty A$ et $7Y \infty B$, erit $C.A \overset{(2)}{\text{♉}} D.A$ et $C.B \overset{(3)}{\text{♉}} D.B$. Ergo fiet:

$$A.B.C.Y \text{ ♉ } A.B.D.Y$$

Nam 1 patet per se et 2 per (3) et 3 per (1) et 4 per (2) et 5 per se et 6 per se.

(99): Si sit $A.Y \text{ ♉ } B.Y \text{ ♉ } C.Y$ locus Y erit punctum, sive Y satisfaciens non erit nisi unicum sive erit $Y \text{ ♉ } (Y)$. Haec proposito demonstranda est.

(100): Habemus ergo loca ad punctum, ad Rectam, ad Circularem, ad Planum, ad Sphaericam, solis congruentis mira simplicitate expressa sed haec partim vera, partim possibilia esse, et cum aliis definitionibus coincidere nostras demonstrandum est.

(101): Si tractus sive extensum quodcunque moveatur uno puncto existente immoto, aliud quodcunque eius punctum movebitur in Sphaerica. Pono autem ipsum extensum esse rigidum, seu partes situm eundem servare. Habebimus ergo modum inveniendi sphaerica puncta quotcunque. Potest etiam $A.B. \text{ ♉ } A.Y.$ esse data, si tractus transeat per duo puncta $A.B.$ Tractum autem aliquem (sive linea sit sive superficies sive solidum) per duo data puncta ducere, et tractum movere uno puncto immoto, utique in potestate est.

(102): Si per duo data puncta transeat duo tractus congrui, congruenter, id est ita ut puncta respondentia in duobus tractibus situs habeant ad duo puncta data unuquodque ad suum, congruos, moveanturque aut etiam si opus sit crescant etiam congruenter, donec sibi occurrant loca in quibus puncta eorum respondentia sibi occurrent, erunt puncta plani illius, quod ad duo puncta data eodem modo se in quolibet puncto suo habere, definivimus. Posse autem congruenter moveri, posse congrue ac congruenter

produci, donec occurrant, postulo.

(103): Si jam sphaericam sphaerica, aut plano secemus, habebimus cicularem, si planum planom, habebimus rectam. Si rectam recta, punctum. Ostendendum autem est has sectiones fieri posse, et punctorum Sphaericae et Sphaericae, vel plano et plano, vel plano et Sphaerica communium, esse tractum. Si Sphaerica planum vel Sphaericam tangat locus, etiam est punctum, cum scilicet circularis fit minima seu evanescit.

(104): Caeterum omnes definitiones rectae communes nondum satis perfectae sunt, nam dubitari potest, nam semper adhuc demonstratione opus est quod talis recta sit possibilis. Quod tamen videtur ponendum inter facilissima tali itaque opus definitione, ut statim appareat rectam esse possibilem. Si definias minimum, etiam hoc dubitari potest an detur minima a puncto ad punctum. Si definias eam cuius puncta, non magis diduci possunt, praesupponis distantiam, seu viam minimam. Diduci enim est majorem distantiam acquirere. Aequalim aliud est exhibere rectam materialem, seu ducere eam, aliud est cogitatione complecti.

(105): Quando duo puncta simul percipiuntur eo ipso percipitur ipsorum situs eorum ad se invicem. Sunt autem duo quilibet situs inter duo puncta similes, adeoque sola comperceptione seu magnitudine distinguuntur. Est ergo situs discrimen magnitudo cuiusdam extensi cum duo puncta simul percipiuntur, eo ipso percipiuntur extensum quoddam.

(106): R e c t a est extensum quod duobus punctis simul perceptis eo ipso percipitur.

(107): Puncto uno percepto, rursumque alio percepto separatim, nulla notari potest varietas.

(108): Si simul percipiantur $A.B.$ rursusque simul percipiantur $C.D.$ discrimen situs est. Id tamen quod percipitur perceptis $A.B.$ et quod percipitur perceptis $C.D.$ similia sunt: patet enim nihil in singulis notari posse, quod non in utrisque notetur, itaque id quod percipitur perceptis $A.B.$ et quod percipitur perceptis $C.D.$, si ex se invicem discerni possunt sola magnitude discernentur, itaque simul perceptis $A.B.$ simul percipitur aliquid magnitudinem habens. Cum duo simul in spatio esse percipiuntur, eo ipso percipitur via ab uno ad aliud. Et cum sunt congrua eo ipso concipitur via unius in alterius locum. Sunt autem duo puncta congrua. Itaque quod percipitur, duobus punctis simul perceptis est Linea seu via puncti. Patet etiam viam hanc talem esse, ut sive ab A ad B, rendas, sive a B ad A. via sit eadem. Idemque sit si simul A tendat versus B. et B versus A. et locus in quo erit A. congruus erit loco in quo erit B. congruenterque positus, id est ut locus puncti venientis ab A erit ad A. ita locus puncti venientis ad B. erit ad

B., imo etiam ut locus puncti venientis a B erit ad A., ita locus respondens puncti venientis ab A erit ad B. Punctum erit in quo sibi occurrant quod eodem modo erit a A quo ad B. Cum concipimus duo puncta ut simul existentia, inquirimusque rationem cur simul existentia dicamus, cogitabimus esse simul percepta, vel certe posse simul percipi. Quando aliquid percipimus velut existens, eo ipso percipimus esse in spatio, id est posse alia existere indefinitis quae ab ipso nullo modo possint discerni. Sive quod idem est posse moveri, sive posse tam in uno loco quam in alio esse, et quia non potest simul esse in pluribus locis, nec moveri in instanti, ideo locum illum percipimus ut continuum. Sed quia indefinitum adhuc est, quorsum moveatur, potest enim moveri multis modis qui inter se discerni non possunt; hinc determinatur animus ad certum aliquem motum, si alius praeterea ponamus, congruum priori, eo ipso enim cogitatur unum posse pervenire in alterius locum. Idque cum pluribus modis fieri potest, determinatur tamen unicus, ad quem considerandum nullo alio praeterea assumpto opus est, quam his duobus positis. Id est ex positis duobus conguis in spatio ponitur via unius ad alterum, ipsa connectens. Simplicissima autem posito est puncti. Nam etsi ponas aliud tamen cum ex motibus diversis unius ad alterum unus determinetur, quo puncta respondentia ad se determinate moventur, patet animum tandem incidere in considerationem duorum punctorum, ea enim congrua esse constat per se.

E x t e n s u m est continuum. In extenso possunt fieri partes. In extenso possunt fieri partes quae existunt simul. In extenso possunt fieri partes infinitis modis. Extensi pars extensa est. In uno extenso existere possunt multa. In uno extenso existere possunt infinita. In uno extenso existere possunt infinita similia. In uno extenso existere possunt infinita congua. Si quid in extenso existit, eique congruum est, ei coincidit. Si quid in extenso existit eique congruum non est, possunt infinita existere in eodem extenso, quae priori non coincidunt, sed tamen congrua sunt. Duo mobilia quae un extenso sumuntur, sibi congruere possunt, sive diversis temporibus ita locari possunt, ut prior status a posteriore discerni non possit. Locus ipse extensi extensus est. Locus extensi congruit extenso. Locus est immobilis.